

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De progressu in virtutibus curando, & in quo ille situs sit. Cap. III.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

iusionem Patris spiritualis, propterea & maiorem gloriam aliis habet. Quapropter, o fili, bona est obedientia, quae propter Deum fit. Intendite ergo, filii, virtutis huius aliquid ex parte vestigium. Obedientia falso est omnium fidelium. Obedientia genitrix est omnium virtutum. Obedientia regni celorum inventrix est. Obedientia celos aperiens, & homines de terrâ eleuans est. Obedientia cohabitatrix Angelorum est. Obedientia Sanctorum omnium cibos est. Ex hac enim ablactati sunt, & per hanc ad perfectionem venerunt.

Da igitur operam, vt in obediendo iuxta Regularum præscriptum, anima tua se perfectè morigeram Sponso suo cœlesti exhibeat, dum tibi aliquid per suos Vicarios, & veluti Legatos faciendum vel fugiendum nuntiat.

## CAPUT TERTIVM.

*Continet sextum, septimum, & octauum  
Monita, de progressu in virtutibus cu-  
rando, & in quo situs sit.*

28.

**M**onitum sextum. Quoniam bona sponsa tribus conditionibus suprà commemo-ratis non contenta, vehementer optant, magis ac magis indies, placere sponsis suis; magis ac magis ab illis amari: nec hoc tantum, sed etià ad maiorem sponsorum commendationem & gloriam, à suis sponsis magis ac magis ditari; idè & tua anima, propter maiorem Dei gloriam, hæc ipsa à Sponso suo cœlesti deber expetere, postquam se videt magis ei esse adstrictam sancto vinculo votorum, vel bonorum propositorum efficaci voluntate Deo oblatorum. Hæc autem omnino assequaris, si seruatis illis, quæ suprà explicata sunt, seriò & constanter curabis, semper in via Diuini seruitij progressum facere. vt præscriptum est Regul. 22. Summarij. Quod sanè vehementer Deus desiderat. Nam, vt ait S. Gregorius Nyssenus, *Immutabilis Dei bonitas, animam, quam semel ad participationem vocauit, indies vocat, vt se ipsa maior fiat, & augeatur per eius, quod accepit bonum, maiorem affectionem eamq[ue] tanguant in scalarum ascensi, per virtutis ascensiones ad fastigium perducit. Propterea, quod cum semel sponsa dixit: Surge, propon, & veni, iterum dixit: Surge: & cum venisset, rursus dixit, Veni. Neque enim ei, qui vere surgit, vñquam deerit, semper surgere; neque ei, qui currit ad Dominum, vñquam confundetur amplius & latum campi spatiu ad diuinum cursum conficiendum. Oportet enim semper surgere & excitari, & per cursum appropinquando, nunquam cessare. Quamobrem, quoties dicit: Surge & veni, toties ad id, quod est melius ascensioni, ea quæ deinceps sequuntur, adiiciantur à verbo. Nam qui pulchrum ex pulcro iuber fieri, aperte suggerit illud Apostolicum, iubens eandem imaginem, à gloria transformari in gloriam: adè ut semper videatur esse gloria, quod accipitur, & quod semper inuenitur: Et licet sit magnum &*

hom. 3. in  
Cant.

excelsum, credatur esse minus eo quod speratur: sic ergo cùm effet columba, qua rectè gesserat, nihilominus eam rursus iubet fieri columbam, per transformationem in id, quod est melius.

Monitum septimum. Si queras, in quo situs sit progressus iste continuus in via Diuini seruitij: & transformatio in id quod est melius?

Respondeo profectum in virtutibus, situm esse 29. principiū in his quatuor rebus.

Primi. Si indies minus magis ac magis peccata & imperfectiones.

Secundi. Si coneris indies opera ordinaria, quæ facis, facere melius, hoc est, diligentius & feruentius, quam die præterito.

Tertiū. Si efficaci applicatione animi, consideris indies magis ac magis refrænare passiones naturales, & inclinationes malas, ita vt non tantum te ad peccatum vilium non pertrahant, sed ne quidem valde perturbent, vel inquietum reddant, & ne ita rationem offuscent, vt illa voluntatem valde inclinet ad peccatum.

Quarti. Si indies magis ac magis amaueris Christi crucem, hoc est, omnes illas res, quæ tuo amori proprio displacent, vt sunt, mala aliorum de te opinio, calumnia, detractiones, & quævis famæ tuæ personalis lësio, vel iactura, confusio tui & humiliatio coram aliis; contemptus tui verbis vel factis vel omissionibus rerum speciosarum à tuo amore proprio expectarum, declaratus: tui non promoto ad loca, ad officia, & gradus speciosos: tui ab occupationibus honorificis degradatio: & his similia, vt sunt incommoditates cubiculi, lecti, vietus, aëris, vestium, labores magni, plura simul officia obeunda inuncta, & omnia paupertatis incommoda, ac morborum vel indispositionum sanitatis, molestiae, vel nullo, vel non sufficienti remedio subleuat ab iis quibus hoc incumbit.

Qui in his quatuor rebus se exercuerit seriò, magnis passibus, & citò ad altissima perueniet, heroicarum virtutum fastigia: habebit enim inter alia bona, à se sublata impedimenta omnia, quæ impediunt, & retardant spiritualem progressionem. *Quemadmodum grauia & rotunda corpora, inquit S. Greg. Nyssenus, si è cacuminibus monilibus, de via lapso deorum fuerint, et si nullus postea impellat, Mosis ipsa tamen per se vehementiore impetu, si nihil impedimento sit, semper deferuntur, quousque ad planicie descendenter: sic anima (enius natura fursum fertur) terrenis absoluta cupiditatibus, ardenter indies fit velociter pertransit, ad sublimiora semper descendens. Næ cùm nihil sibi sit impedimento, per se ipsam ad naturam boni fertur. Attribuit enim ad se natura ipsius Summi boni omnes, qui ad pulchritudinis eius radios sanis possunt oculis apicere. Ita sit, vt cœlestium desiderio, semper ad maiora, vt Apostolus ait, confurgat, ac semper ad altiora perueniet, iis, quæ peracta sunt, robustior facta. Virtutum enim actio nutrit laborem, vir est, angere. Quapropter magnus Moses, cùm semel per scalam, in quâ Deus 13. inn-*

innixus erat, vi Iacob dicit, ascendere cœpisset, nunquā  
fleuit, nunquam terminos motus nouit: sed semper de  
gradu in gradum ascendebat, nec enim deficere nun-  
quam potest, altior gradus.

*Monitum octauum certissima autem signa profectus tui, in amore Crucis Christi hæc erunt: Sicut alienæ molestiæ ex superadietis.*

I. Si pressus aliquā molestiā ex supradictis,  
propter illam Deum non offendes.

II. Si etiam citra Dei offendam, de nullâ adversitate cotam aliis conquereris.

III. Si nec intra te admittes internam, ob tali, perturbationem te inquietantem.

IV. Si libenter videbis tibi talia contingere.  
V. Si optabis ex animo, vt talibus crucibus

perpetuo oneris.  
VI. Si non quares ullum solatium ad leua-

VII. Si non quares vitum solitum ad ieiunum crucis, dum aliquid pateris.

VIII. Si gaudebis dum aquila patens, precium sine tua culpa & causa.

VIII. Si amabis tenerē auctores & cooperatores tuarum Crucium & molestiarum.

IX. Si illos libentiū beneficiis afficis , quam  
alios qui te laudant.

X. Si non subterfugies (ob declinandas crucis) illa loca, personas, officia, ex quibus cruces tuæ oriuntur.

Quæ omnia esse certissima signa magni in virtutibus progressus, ostendi in Opusculo de indiciis & gradibus profectus.

CAPV T QVARTVM.

*Tradit primum examinis particularis, &  
est pars moniti Noni.*

to, seu virtus iam dicta, & singularis diei partes prae-  
sum percurrens ab ea horā quā surrexit, usque ad  
temporū, quoties illud commiserit, & puncta totidem  
in priorē linēā figura subscripta, quibus peractū  
proponat per fluorū diei reliquias, diligenter  
libere. Tertium erit rēfertū tempus, in quo  
tene horam, facienda est discussio secunda, percur-  
rem horū singulis, ab examine priorē usque ad  
iunū lapsī, & eodem modo rememorata enumerā-  
rīcibus quibus deliquerit, parem eiū punctionū  
erum signabat in posteriore linēā figura, sequentia  
is ad hoc preparata.

*ditiones Quatuor utiles ad faciliorem & celerior-  
peccati, seu vitij cuiusvis extirpationem.*

rima est, ut quoties id peccati, seu delicti, genus hominis commiserit, manu pectori admota, doleat de lapsu: fieri potest etiam aſſtentibus aliis, nec aduerten-

secunda est, ut sub noctem numeratis, comparatis  
cent punctis linearum, quarum prior priori exam-  
osterior posteriori assignatur, attendat an à priori  
nime vique ad secundum aliquia successerit emen-  
do.

Tertia est, ut conserat die secundæ, atque preceden-  
xamina iniucem: considerans ecquid sibi emenda-  
is interuenierit.

*Quartas, ut collatis hebdomadarum duarum intercaminibus, pari modo facte vel omissa emendatione onem habeat.*

*Item notandum est ex sequentibus figuris, primam  
ris longiorem deputari diei prima, puta Dominica  
ndam vero diei Luna paulo breviorem: & ita dicim-  
us: cum par sit dominii in dies erratorum nume-*

CVM QVATVOR ADDIT.

**M**onitum nonum. Ut hæc omnia, quæ com-  
memorauis, exequaris, & assequaris, ac in  
iis ad Dei maiorem gloriam semper crescas, hæc  
tibi adiumento erunt.

*Primo*, visitus quotidianus non interruptus, examinis particularis, ad exitum pande omnia nostra vita, à S.P.N. Ignatio, adiumenti. Quod est huiusmodi in libro Exercitiorum ab eo composto traditum.

*Examen particulare & quotidianum, tria  
tempora complectens, ad dispositionem  
sui ac duplificem discussionem accommo-  
da.*

**P**rimum tempus est matutinum, quo debet homo, statim dum a somno surgit, proponere diligenter sui custodiam circa peccatum aut vitium aliquod particularē, à quo emendari cupit. Secundum est pomeridianum, in quo petenda est à Deo gratia, ut reminisci possit ille, quies in peccatum seu delictum iſud particulare inciderit, & in posterum cauere: deinde priorem faciat discussionem, exigens ab animā suā rationem de

Quis enim, inquit S. Bernardus, ita ad vnguem  
omnia à se superflua resecauit, ut nihil sc̄ habere putet,  
putatione dignum? &c. Quantumlibet in hoc corpore  
manens profeceris, erras, si vita putas mortua, & non